



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Suspirium quintum, conformitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

etc, vt tibi laudes conuenientes & te dignas tribuere possim: sed cum hoc fieri nequeat, omnes tibi laudes & honores quos possum, tuæ maiestati, te iuuante, impertiri intendo, Amen.

**S V S P I R I V M Q V I N T V M**  
*Coniugitatis.*

**I**NSUPER, quotiescunque, ô Domine, dixero. **Q. DOMINE TRANSFORMA ME TOTVM IN TE.** Toties intendo omnes meas imperfectiones assumere, easque in vnum fasciculum collectas in tui amoris fornacem iniicere, & feruentibus desiderijs perfectam tui imitationem & conformitatem à te dulcis **IESV** petere.

Speciatim, serò intendo postulare, vt me tuæ sanctissimæ humanitati in omnibus virtutibus, tribulationibus, pœnis, & cruciatibus tuis, perfectè conformes, maximè in vilitate, humilitate, & abiectioe tua.

S 7      Inten-

Intendo denique petere supremum gradum imitationis, & conformitatis tuæ, ad quem creatura, te bene iuuante, pertingere potest.

Intendo denique petere quicquid tu me vis petere.

### SUSPIRIUM SEXTUM

*Vniuers.*

**Q**uotiescunque, præterea, suspirando dixerò: O DOMINE VNI ME TECUM INSEPARABILITER. moxque siluero.

Intendo cum toto affectu intimisque desiderijs quæ tu maxima concipere potes: meam voluntatem in tuum beneplacitum perfectissimè transfundere; & memetipsum abnegando voluntatem meam sine vlla retractatione, tuæ voluntati vnire: ita vt nihil aliud velim aut nolim, quàm quòd tibi placitum est aut displicet: adeoque tuum beneplacitum sit, meum summum desiderium, voluptas, & consolatio in omnibus euentibus, siue sine aduersitatibus extrinsecæ: vt sunt infirmitates,